UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum diabolus possit necessitatem pecca[n]di inducere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

cienter, ſed ſolum per modū perſuadentis, vel proponentis appetibile.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ omnes illę authoritates, & ſi quę ſimiles inueniantur, ſunt referendæ ad hoc, ꝙ diabolus ſuggerendo, vel aliqua appetibilia proponendo inducit in affectum peccati.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſimilitudo illa eſt attendenda quantum ad hoc, ꝙ diabolus quodammodo eſt cauſa peccatorum noſtrorū, ſicut Deus eſt aliquo modo cauſa bonorum noſtrorum, non tamen attenditur quantum ad modū cauſandi: Nā Deus cauſat bona interius mouendo voluntatem, quod diabolo conuenire non poteſt.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Deus eſt uniuerſale principiū oīs interioris motus humani: ſed ꝙ determinetur ad malū cōſiliū voluntas humana, hoc directe quidē ex voluntate humana, & a diabolo ꝑ modum perſuadentis, vel appetibilia proponentis.

¶ *Super Queſtionis 80. Articulum ſecundum.*

IN artic. 2. nota, ꝙ hic habes, quomodo in mulierib⁹ iſtis, quæ dicuntur viſiones habere, cauſari ex dęmonum illuſione, aut humorum & ſpirituum commutatione poteſt, ut uigilantes imaginentur, & appareat eis ſic eſſe in re, ſicut contingit dormientibus qñ ſomniant. Accidit.n. ꝙ aliquis patiatur uigilans, quod alter patitur dormiens, vt manifeſte patet in phreneticis. Notent autē hoc rectores religioſarum perſonarū, ne diuinitati tribuentes quod naturæ, aut dæmonis eſt, errent, errareq; alios faciant.

q.3.art. q.16.ar. & quol. 8.cor.

Articvlvs II.

Vtrum diabolus poſſit inducere ad peccandum interius inſtigando.

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur ꝙ diabolus non poſſit inducere ad peccandum interius inſtigādo. Interiores enim motus animæ ſunt q̄dam opera vitę: ſed nullū opus vitæ poteſt eſſe niſi a principio intrinſeco, nec ēt opus animæ vegetabilis, quod eſt infimū inter opera vitæ. ergo diabolus ſecundum interiores motus non pōt hominē inſtigare ad malū.

¶ 2 Præt. Omnes interiores motus ſecundum ordinem naturæ a ſenſibus exterioribus oriūtur: ſed pręter ordinem naturæ aliquid operari, eſt ſolius Dei, vt in primo* dictū eſt. ergo diabolus non poteſt in interioribus motibus hoīs aliquid operari, niſi ſecundum ea, quæ in exterioribus ſenſibus apparent. q.110.

¶ 3 Præt. Interiores actus animæ ſunt intelligere, & imaginari: ſed quantū ad neutrum horū poteſt diabolus aliquid operari, qa, vt in primo habitū eſt, diabolus non imprimit in intellectū humanū: in phantaſiam etiā vr̄ ꝙ imprimere non poſſit, quia formę imaginatæ tanquā magis ſpirituales, ſunt digniores q̄ formę, quę ſunt in materia ſenſibili, quas tn̄ diabolus imprimere nō p̄t, vt* patet ex his, quę in primo habita ſunt. ergo diabolus non poteſt ſecundū interiores motus inducęre hominem ad peccatum. q.110.

Sed contra eſt, quia ſecundum hoc nunquam tentaret hominem, niſi viſibiliter apparendo: quod patet eſſe falſum.

Rspon. Dicendum, ꝙ interior pars animę eſt intellectiua & ſenſitiua. Intellectiua aūt cōtinet intellectum & volūtatem. & de uolūtate quidē iā* dictū eſt, quomodo ad eā diabolus ſe hēt. Intellectus autē per ſe quidē mouetur ab aliquo illuminante ipſum ad cognitionē ueritatis, ꝙ diabol⁹ circa hoīem nō intendit, ſed magis obtenebrat rōnem eius ad conſentiendū peccato, quæ quidē obtenebratio prouenit ex phantaſia, & appetitu ſenſitiuo: uñ tota interior operatio diaboli eſſe vr̄ circa phantaſiā & appe- ræc.

A titum ſenſitiuum, quorū utrunq; cōmouendo pōt inducere ad peccatum. Poteſt.n. operari ad hoc, ꝙ imaginationi aliquæ formę imaginarię præſententur. poteſt etiam facere, ꝙ appetitus ſenſitiuus concitetur ad aliquā paſſionem.* Dictum eſt.n. in j. lib. ꝙ natura corporalis ſpirituali naturaliter obedit ad motum localem. uñ & diabolus omnia cauſare poteſt, quæ ex motu locali corporum inferiorū prouenire poſſunt, niſi uirtute diuina reprimat̄. Quòd autem aliquæ formæ repræſententur imaginationi, ſequitur quandoq; ad motum localē. Dicit enim* Philoſ. in lib. de ſomno & uigilia, ꝙ cū animal dormierit, deſcendente plurimo ſanguine ad principiū ſenſitiuum, ſimul deſcēdunt motus, ſiue impreſſio- p.p. q.110. art.3. / cap.3. paulo ante mediū, to.2.

B nes relictæ ex ſenſibilium motionibus, quæ in ſenſibilibus ſpeciebus conſeruātur, & mouēt principiū apprehenſiuū, ita ꝙ apparent ac ſi tunc principium ſenſitiuum a rebus ipſis exterioribus immutaret̄. vñ talis motus localis ſpirituum, vel humorum, procurari pōt a dæmonibus, ſiue dormiant, ſiue uigilent homines; & ſic ſequitur ꝙ hō aliqua imaginet̄. Similiter ēt appetitus ſenſitiuus concitatur ad aliquas paſſiones ſ̄m quendā determinatum motū cordis & ſpirituum: uñ ad hoc ēt diabolus poteſt cooperari. Et hoc ꝙ paſſiones aliquæ cōcitantur in appetitu ſenſitiuo, ſequitur ꝙ & motum, ſiue intentionē ſenſibilem prædicto mō reductā ad principium apprehenſiuum magis homo percipiat: quia ut* Phil. ca.2. a med. to.2.

C in eodem lib. dicit, Amantes modica ſimilitudine in apprehenſionē rei amatæ mouentur. Contingit ēt ex hoc, quòd paſſio eſt concitata, ut id quod proponitur imaginationi, iudicetur proſequendum: quia ei qui a paſſione detinetur, uidetur eſſe bonū id, ad quod per paſſionem inclinatur. Et per hunc modum interius diabolus inducit ad peccandum.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ opera uitæ ſemper etſi ſint ab aliquo principio intrinſeco, tamen ad ea poteſt cooperari aliquod exterius agēs: ſicut etiam ad opera animæ uegetabilis operatur calor exterior, ut facilius digeratur cibus.

Ad secvndvm dicendū, ꝙ hmōi apparitio for-

D marū imaginabiliū nō eſt oīno pręter ordinē naturæ, nec eſt ꝑ ſolū imperium, ſed ꝑ motum localē, ut* dictum eſt. Vnde patet rñſio ad tertiū, quia formæ illæ ſunt a ſenſibus acceptæ primordialiter. In cor.ar.

¶ *Super Queſtionis 80 Articulum tertium.*

IN artic. 3. in reſpōſione ad 3. dubium occurrit. nā hæc doctrina retractatur inferius in tertia parte in quæſtio. de tentatione Chriſti, ubi ex iſtamet authoritate Auguſt. author dicit, quòd non poteſt eſſe abſque peccato tentatio a carne: non enim compatiuntur ſe dicta hic & ibi. Nam ibi dicitur, quòd concupiſcētia carnis aduerſus ſpiritum, non pōt eſſe abſque peccato: hic dicitur, ꝙ non eſt peccatū, quando ei ratio actualiter reſiſtit. non ſemper ergo eſt peccatum.

Mal.q.3.art. 3.ad 9. & ar. 4.cor. & q. 16.ar.11.ad 10. & ar.12. ad 10.

Articvlvs III.

Vtrum diabolus poſſit neceſſitatem inferre ad peccandum.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd diabo-

E lus poſſit neceſſitatē inferre ad peccandum. Poteſtas enim maior poteſt neceſſitatem inferre minori: ſed de diabolo dicitur Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terrā, quæ ei ualeat cōparari. ergo pōt homini terreno neceſſitatem inferre ad peccandum.

¶ 2 Præt. Ratio hominis nō poteſt moueri niſi ſecundum ea, q̄ exterius ſenſibus proponunt̄, & imaginationi repræſentātur: qa omnis noſtra cognitio ortū habet a ſenſu, & nō eſt intelligere ſine phantaſmate, ut dicit̄ in lib.

¶ Ad

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ iſta non contrariãtur adinuicem: ibi namq; Art. præce. dicitur, ꝙ ſemper eſt q6.12. circa prin.to.5. peccatum, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. quod ibi diſcutiendum eſt Domino concedente: hic aũt nihil contra dictã vniuerſalem dicitur. Non.n.dr̃, ꝙ aliquando nõ eſt peccatum, ſed dicitur, ꝙ quãdo ei rõ actualiter reſiſtit, non eſt peccatũ, Lib.19.de ci. Dei, c.4. ante med. illius, to.5. quod nihil repugnat illi, qm̃ vtrũ tale quãdo inueniatur; non affirmatur: nã non aſſeritur, ꝙ concupiſcẽti carni aduerſus ipſum Art. præced. aliquando ratio totaliter reſiſtit: hoc enim illi uniuerſali cõtradiceret, ſed aſſeritur. ꝙ quando ratio reſiſtit, non eſt peccatum: quod ęquiualet conditionali. Si ratio reſiſtit, non eſt peccatũ. Et intendit author hic ſolum ſatisfacere argumento pro præſenti materia, qua tractatur de poteſtate diaboli: & dicere, ꝙ concupiſcente carne aduerſus ſpiritum nõ conſurgit peccatũ ex cõcupiſcentia, quam poteſt facere diabolus. ſed ex non reſiſtẽtia rationis, quæ non ſubiacet poteſtati dæmonis: quia concupiſcentia iſta, ſi ratio ei reſiſtit. non eſt peccatũ, ſed materia exercẽdæ uirtutis. Et hoc ſat eſt argumento, q a dato quòd ſemper ſit peccatum, ut Aug. dicit, non tamen ad illud neceſſitat demon, qui ad non reſiſtentiã rationis neceſſitate nequit. Vtrum autẽ poſſibile ſit rõnem con- Q.77. ar.7. cupiſcenti actualiter carni totaliter reſiſtere, indiſcuſſum dimittitur, vt impertinens.

¶ De quarto articulo eiuſdem 80. quę. nihil occurrit ſcribendum.

de anima: ſed diabolus põt mo- F
uere imaginationem hominis, vt dictum* eſt, & etiam exteriores ſenſus. dicit enim† Auguſt. in lib. 83. q. quòd ſerpit hoc malũ, ſcilicet quod eſt a diabolo, per omnes aditus ſenſibiles, dat ſe figuris, accommodat ſe coloribus, adhæret ſonis, infundit ſe ſaporibus. ergo poteſt rationẽ hominis ex neceſſitate inclinare ad peccandum.

¶ 3 Præt. Secundum* Aug. Nõnullum peccatum eſt, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſed concupiſcentiam carnis dia- G
bolus poteſt cauſare, ſicut & cęteras paſſiones, eo modo quo* ſup. dictum eſt. ergo ex neceſſitate põt inducere ad peccandum.

Sed contra eſt, qđ dicitur 1. Petr. ult. Aduerſarius ueſter diabolus tanquàm leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Fruſtra autem talis admonitio daretur, ſi hõ ei ex neceſſitate ſuccũ- H
beret. non ergo põt homini neceſſitatẽ inducere ad peccandũ.

Respon. Dicendum, quòd diabolus propria virtute, niſi refrænetur a Deo, poteſt aliquem inducere ex neceſſitate ad faciẽdum aliquem actum, qui de ſuo genere peccatum eſt: nõ autem poteſt inducere neceſſitatẽ peccandi. quod patet ex hoc, quòd homo motiuo ad peccandum non reſiſtit niſi per rationẽ, cuius vſum totaliter impedire poteſt mouendo imaginationem, I
& appetitũ ſenſitiuum, ſicut in arreptitiis patet: ſed tunc rõne ſic ligata, quicquid homo agat, non imputatur ei ad peccatum: ſed ſi ratio non ſit totaliter ligata, ex ea parte qua eſt libera, poteſt reſiſtere peccato, ſicut * ſupra dictum eſt. Vnde manifeſtũ eſt, quod diabolus nullo modo poteſt neceſſitatẽ inducere homini ad peccandum.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd non quęlibet poteſtas maior homine, poteſt mouere voluntatem hominis, K
D. 123. ſed ſolus [d] Deus, vt ſupra habitum eſt.*
Q.9. art.6. Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ illud quod eſt apprehenſum per ſenſum vel imaginationẽ, nõ ex neceſſitate mouet voluntatem, ſi homo habeat uſum rationis, nec ſemper huiuſmodi apprehenſio ligat rationem. d

D.445. Ad tertivm dicendum, quòd concupiſcẽtia carnis contra ſpiritum, quando ratio ei actualiter reſiſtit, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. Quod autem ratio ei non reſiſtat, nõ eſt in poteſtate diaboli: & ideo non poteſt inducere neceſſitatem peccati.

Articvlvs IIII.

Vtrum omnia peccata hominum ſint ex ſuggeſtione diab[oli].

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, q[uod] omnia peccata hominum ſint ex ſuggeſtione diaboli. Dicit enim* Dionyſ. 4. cap. de diu[inis nominibus] quòd multitudo dęmonum cauſa eſt omnium [ma]lorum & ſibi, & alijs.

¶ 2 Præter. Quicunque peccat mortaliter, effic[itur] ſeruus diaboli, ſecundum illud Io. 8. Qui facit pe[c]catum, ſeruus eſt peccati: ſed ei aliquis in ſeruitu[tem] addicitur, a quo eſt ſuperatus, ut dr̃ 2. Petr. 2. er[go] quicunq; facit peccatum, ſuperatus eſt a diabolo.

¶ 3 Præt. † Gregor. dicit, ꝙ peccatum diaboli eſt [ir]reparabile, quia cecidit nullo ſuggerente. ſi ig[itur] aliqui homines peccarent per liberum arbit. nul[lo] G
ſuggerente, eorum peccatum eſſet irremediabile: quod patet eſſe falſum. ergo omnia peccata hu[ma]na a diabolo ſuggeruntur.

Sed contra eſt, quod dicitur in lib.* de [ec]cleſiaſticis dogmatibus, Non omnes cogitation[es] noſtrę malæ a diabolo excitantur, ſed aliquoties [ex] noſtri arbitrij motu emergunt.

Respon. Dicendũ, ꝙ occaſionaliter quidem [&] indirecte diabolus eſt cauſa omnium peccator[um] noſtrorum, inquãtum induxit primum homin[em] ad peccandum, ex cuius peccato intantũ vitiat[a eſt] humana natura, vt omnes ad peccãdum procl[iues] H
ſimus: ſicut diceretur eſſe cauſa cõbuſtionis lign[o]rum, qui ligna ſiccaret, ex quo ſequeretur, ꝙ f[acile] incenderentur. Directe autem non eſt cauſa o[mnium] peccatorum humanorum, ita ꝙ ſingula pecc[ata] perſuadeat. Quod Origenes probat ex hoc, q[uod] etiam ſi diabolus non eſſet, homines haberent [ap]petitum ciborum, & venereorum, & ſimilium, [qui] poſſet eſſe inordinatus, niſi ratione ordinaretur, quod ſubiacet libero arbitrio.

19. art.4. & 2. di. 1. 2. i. & intra c. 1 & 52. al. q. 4. & opuſ. 1. 202. & 204. o.5. ie.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ multitud[o dæ]monum eſt cauſa omnium malorum noſtro[rum] ſecundum primam originem, ut * dictum eſt.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ non ſolum fit [ſer]uus alicuius qui ab eo ſuperatur, ſed etiam q[ui] I
voluntarie ſe ſubiecit: & hoc modo fit ſeruus dia[]boli, qui motu proprio peccat.

Ad tertivm dicendum, ꝙ peccatum diab[oli] fuit irremediabile, quia nec aliquo ſuggerente p[ec]cauit, nec habuit aliquam pronitatem ad pecca[n]dum ex pręcedenti ſuggeſtione cauſatam, quod [de] nullo hominis peccato dici poteſt. .ar.2.

Qvaestio LXXXI.

De cauſa peccati ex parte hominis, in quinque articulos diuiſa.

K Deinde cõſiderandum eſt de cauſa peccati ex parte hominis. Cum autem hõ ſit cã peccati alteri homini exterius ſuggerendo, ſicut & diabolus, habet quendã ſpecialem modum cauſandi pctm̃ in alterum per originẽ: unde de peccato originali dicendũ eſt.

¶ Et circa hoc tria conſiderãda occurrunt. Primò, de eius traductione. Secũdò, de eius eſſentia. Tertiò, de eius ſubiecto.

¶ *Super Quæſt. 81. Articulum [pri]mum.*

IN artic. 1. q. 81. [] bium primo N[] tiorum occurr[] pacto ſtat decl[] authoris de mo[] quo originale p[] tum traducitur. [] portionalis n[] litudo de pecca[] bri ac uolunta[] uentis illud, & [] hominis ad p[] parentem gen[] medio ipſum, inconſ[] Nam quia [] membrũ quod[] mouet ad ex[] nẽ culpæ: ideo [] brum culpę p[]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN